DISPUTATIO JURIDICA,
DE
JURAMENTO JUDICIALI,

Quam

AUSPICE DEO TRINUNO

In florentissima Academia VVittebergensi, Magnifico & Amplissimo JCtorum ordine consentiente

SUB PRÆSIDIO

Viri Clarissimi & Consultissimi

DN. CHRISTIANI Krembergk/

J. U. D. Juridicæ Facultatis Assessoris, & Judicii Electoralis Curiæ Advocati dignissimi, Præceptoris ac Promotoris sui colendissimi,

Publicè examinandam proponit

CHRISTOPHORUS LAURENTI,

Gubenâ-Lusatus.

Ad diem 22 Julij horis à 7. matutinis

In Auditorio JCtorum.

WITTEBERGÆ,

Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH, Acad. Typogr.

ANNO *M DC XXX.*

Σὺν Θεῷ.

Prooemium.



Um publicè (a) interſit, lites prohiberi ac conſopiri, remedium autem maximum (b) expediendarum litium juramentum ſit, quippe quod vicem rei judicatæ (c) obtineat, imò majorem authoritatem habeat, (d) quàm res judicata: Quare Materiam Juramentorum utiliſsimam, nec non in Judiciis frequentiſsimam eſſe, & propterea majori ſtudio cognoſcendam nemo non videt. Quod nos perpendentes, præ cæteris Juris partibus eam pertractandam elegimus. Hactenus igitur Juramentis in genere, & in ſpecie Calumniæ, Teſtimonii & Purgationis expoſitis, rectà jam progredimur ad Juramentum litis deciſorium, (e) ejusq; tractationem paucis theſibus, Deo juvante abſolvemus.

(a) *Weſemb. in* [illegible] *ff. de Uſucap. n. 9. Duar. poſter. comment. ff. de Jurejur.* [illegible] *3.* Ad officium enim judicis pertinet lites deminuere *l. quidam exiſtimaverunt. 21. ff. de Reb. cred. ſi cert. petat.* (b) *l. maximum remedium. 1 ff. de Jurejur.* Et extremum ſubſidium litium finiendarum appellatur *in Novell. 73. c. 4.* Finis omnis cōtroverſiæ *Hebræ. cap. 6. verſ. 16. Vult. Diſcept. Schol. c. 6. pag. 67. Donell.*

 lib. 24.

lib.24. comment. c.17. circa f. (c) *l.1. in pr. ff. quarum rer. act. non det. l. post rem judicatam. ff. de re judic.* (d) *l. jusjurandum. 2. ff. de jurejur.* (e) quod ob solam litis decisionem interponitur. *d. l. maximum. 1. ff. de Jurejur.* Non etiam quod litis decidendæ quidem causâ, sed tamen maximè ac præcipuè in ipsam litis & rei in judicium deductæ æstimationem concipitur, & in litem vocatur. *l. 1. ff. de in lit. jur. Wesemb. in parat. de in lit. jur. n. 2. Setser. lib. 4. de Juramm. cap. 1. n. 2.*

THESIS I.

Juramentum Litis Decisorium definitur (*a*) Litis (*b*) definitio (*c*) quæ fit cum obtestatione (*d*) divina.

(a) *à Cujac. in tit. ff. de Jurejur. Donell. libr. 24. comm. cap. 10. Johan. Emeric. à Rosbach in practic. civil. tit. 66. n. 2.* (b) Litis vocabulum hic generale est, & denotat omnem rem, de qua in judicio, vel extra judicium controversia est. *Varro libr. 4. de Lat. lingu.* Aliâs in propria & speciali significatione accipitur pro eâ re tantùm, de quâ in judicio controvertitur, cum extra judicium non lis sed controversia sit. *l. Liberto 31. §. litem. 2. ff. de Negot. gest. l. ratio. 3. §. si per venditorem. 3. ff. de act. empt. & vend. & à Borch. in tr. de Transact. c. 3. multis probatur item in tr. de Jurejur. c. 1. n. 22.* (b) h.e. decisio. Nam Juramentum omnino litem definit. *l. causa. 1. l. in bona fidei. 3. l. 6. C. de reb. cred. & jurejur. l. 1. ff. de jurejur. l. post rem judicatam 56. ff. de re judic.* Eoq; interposito ab omni controversia disceditur. *l. jusjurandum à debitore. 40. ff. de Jurej.* Et sicuti post rem judicatam nihil aliud quæritur, quàm an judicatum sit, *d. l. post rem judicatam. 56. ff. de re judic.* quia pro veritate res judicata habetur. *L. ingenuum. 25 ff. de Stat. hom. l. res judicata. 207. ff. de Reg. Jur.* Ita etiam post juramentum præterea nihil quæritur, quam an juratum sit, remissâ quæstione an debeatur. *l. non erit. 5. §. dato. 2. ff. de jureiur. Vult. discept. Schol. cap. 7. Moller. p. 1. c. 15. n. 1.* Dn. Præses post Dd. comm. *ad tit. Inst. de Act. §. item si quis postulante. 11. n. 36. inf.* Qui itaque juravit, consequi debet,

debet, quod haberet, si secundum se pronunciatum esset. *l. sed [illegible] 3 ff. de Jurejur.* Quia jusjurandum pro veritate habetur, & vicem rei judicatæ obtinet. *l. 1. in pr. [illegible] rem judicatam. 56. ff. de Re judic.* (c) Dicitur divina obtestatio, quæ fit respectu divini numinis licet nō juretur per Deum, sed per salutem propriam vel alterius. *l. qui per salutem. 33. §. ult. & l. 4. ff. de jurejur.* veluti per genium Principis *[illegible] §. si quis final ff. eod. Veget. lib. 2. c. 5.* vel per [illegible] vel filiorum nostrorum *l. ait Prætor. 3. §. fin. l. 4. & 5. ff. de jurejur. Rauchbar in not. ad Treutl disp. 21. th. 1. lit. A.* & aliis similibus modis. Sic in sacris quoque legimus Jacobum jurasse per timorem patris sui Isaaci. *Genes. cap. 31. v. 54.* Josephum per salutem Pharaonis. *Genes. cap. 42.* Moisen per cœlum & terram. *Deut. 4. v. 26. & cap. 30. v. 19. & 31. v. 28. vide Hillig. in Donell. [illegible] lib. 24. c. 17 lit. B.* Hi omnes modi non improbantur, sed potius præcipuo jurandi modo expresso, qui fit per obtestationem divinam subintelliguntur. *Borch d. tr. c. 1. nu. 26.* sufficere tamen putamus, si per nomen Dei implicitè & obliquè juretur, quod usq; Theologis displicere ex Luthero, Chemnitio & aliis ostenditur Rauchbar. *p. 2. q. 2. n. 66.*

THESIS II.

Dividitur communiter in tres species (a) Voluntarium, Judiciale & Necessarium. De duabus prioribus speciebus nos hac vice acturi sumus. Posterior in subsequenti Disputatione forte tractabitur.

(a) Quod vel ipsa Rubr. ff. de Jurejur. sive voluntario, sive necessario sive Judiciali satis ostendit, ubi altera species ab altera distinctè ponitur. *Zasius in d. rubr. ff. de Jurejur. n. 7. Coras. in [illegible] 31 ff. Eodem. Dommbued in prax. civil. c. 179. Beust. in d. rubr. n. 11. & seqq. Gel. Ken. ibid. n. 14. Schneidvv in §. item si quis. 11. Inst. de Act. Wesemb. in [illegible] ff. de Jurejur. n. 7. & 8. Donell. 24. comment. c. [illegible] in pr. ubi Hillig. lit. A.*

 THE-

THESIS III.

Voluntarium (*a*) nos statuimus, quod ex conventione pars defert parti (*b*) extra judicium.

(a) Apellatur sic ab Efficiente, nempe à voluntate & conventione partium. Liberâ enim voluntate partium defertur, & ex liberâ voluntate quoque suscipitur. *Caroc. q. 34. principal. Donell. libr. 24. comm. c. 24. in pr. Schneidvv. in d. § 11. Instit. de Act. n. 11. Beust. ad Rubr. ff. de Jurejur. n. 78. Setser. lib. 4. de Juram. c. 1. n. 9.* Nam ab invito hoc Juramentum neque defertur neq; suscipitur, sed impunè prorsus remitti ac recusari potest *Wesemb. in π. de Jurejur. num. 8. Rosbach, in practic. civil. d. c. 66. n. 5. Setser. d. loc. & cap. 6. n. 1.* Planè si semel ex conventione susceptum est, præstari omninò debet, neque referri potest. *l. jusjurandum. 17. in pr. ff. de Jurejur. Wesemb. in π. d. loc. Rosbach. d. c. 66. n. 6.* Ideoque rectè Voluntarium origine, ast Necessarium conventione vocatur, *Jas. ad d. l. jusiurandum. 17. in pr. ff. de Jurejur. Coras. ad Rubr. ff. Eodem Schneidvv. in d. § item si quis. 11. Institut. de Actionib.* (b) *l. 17. in pr. & l. in duobus §. fin ff. de jurejur.*

THESIS IV.

Judiciale (*a*) est, quod ex conventione pars defert parti in judicio, judice juramentum (*b*) approbante.

(a) Sic dicitur, quod in judicio & judice approbante præstetur. *l. generaliter. 12. §. sed juramento 1 ibi, approbatum. C. de reb. cred. & jurejur. Panorm. in c. fin. de Jurejur.* Hinc facile patet erroneam esse sententiam Græcorum Interpp. & aliorum quorundam, qui statuunt Juramentum hoc esse Voluntarium, & speciem peculiarem non constituere, ut rectè monet *Setser. d. lib. 4. cap. 1. n. 11. & Borch. d. tr. de Jurejur. c. 2 n. 6.* (b) *d. l. generaliter. 12. §. 1. & l. 6. C. de Reb. cred l. sed & si servus. 25. & l. qui jurasse 26. §. fin. l. jusjurandum. 34. §. ait. Prætor. 6. ff. de Jurejur. Donell. d. libr. 24. comm. c. 8. in pr. ubi Hillig lit. B. Beust. ad Rubr. ff. de Jurejur. nu. 58.*

Sets.

Setf. lib. 4. c. 1. n. 10. Wesemb in π. ff. de jurejur. n. 7. in fin. ferè. Cujac. in π. ff. de jurejur. & lib. 4. feud. tit. 36. Rosbach. in pract. civil. tit. 66. num. 7.

THESIS V.

Ut autem utrumque Juramentum effectum sortiatur, & litem dirimat, requiritur (*a*) maximè, ut deferatur (*b*). Quare ordine decenti jam inquirendum est in personas qui deferre (*c*) non (*d*) prohibeantur.

(*a*) Nam si ultrò & nullo deferente præstitum fuerit juramentum, nihil valet; nec Prætor tale juramentum tuebitur *l. ait Prætor. 3. in pr. ff. de jurejur.* nec actionem ejus rei, de quâ Jusjurandum delatum non est, sese daturum esse profitetur. *l. 7. in pr. ff. eod.* Quia si proprio motu jurare cuilibet permissum esset, facillime quis ad Juramentum decurreret, & oneribus probandi se liberaret, *d. l. ait Prætor. 3. in pr. ff. de Jurejur.* (b) *d. l. ait prætor. 3. ibi, conditione delata. ff. de Jurejur. §. item si quis postulante. 11. & ibi Donell. n. 4. Schneidew. n. 72. Harprecht n. 5. Antòn. Matth. in not.* (c) h. e. Ad jurandum provocare, dictare jusjurandum, & quasi necessitatem jurandi ipsi facere. Dicimus etiam inferre jusjurandum *l. in duobus. §. fin. ff. de Jurejur. l. si quis jusjurandum. l. generaliter §. omne. cum duabus seqq. C. de Reb. cred. & jurejur.* Quomodo aliàs etiam delatio appelletur, vide Hillig. *in Comm. Donell. lib. 24. c. 11. lit. C. Borch. in d. tr. de Jurejur. cap. 3. Setser. lib. 4. c. 2 n. 4.* (d) Nam cognitis his qui prohibentur, facile intelligemus, quibus deferre liceat, arg. §. 1. Inst. de his qui sui vel alien jur. *l. 1. ff. eodem. Donell. 6. comm. c. 5. Forster. de Pact. cap. 5. num. 3.*

THESIS VI.

Prohibentur vero deferre alii propter defectum ætatis; alii propter defectum administrationis bonorum. In priore classe reperiuntur Infantes (*a*) & (*b*) Pupilli.

(a) h. e.

(a) h.e. Minores septem annis: Hos enim in Jure Civili infantes appellamus. *l. si infanti 18. C. de Jure delib. l. 1. §. sufficit. 2. ff. de peric. & administ. tut.* Dicuntur enim fari non posse. *d. l. 1. §. sufficit. 2. ff. de administr. tut. l. sancimus. 7. in pr. C. ad SCtum Trebell. l. si quis. 26. C. de Donat. Bacchov. in not. ad Treutl. Disp. 21. th. 7. lit. A Vol. 1.* (b) h. e. Impuberes, qui sui juris sunt facti, sive id morte parentis acciderit, sive emãcipatione, *l. pupillus. ff. de V. S.* Intelligimus autem hic tam eos, qui pubertati, quam qui infantiæ sunt proximi. Dicuntur autem proximi infantiæ, qui Infantiam egressi sunt, & linguæ gnari sunt, rerum verò ignari. *l. servus pupilli. 6. ff. rem pupilli salv. for. l. in negotiis. 5. ff. de Reg. Jur. l. 9 ff. de acquir. hared.* Pubertati autem proximos eos dicimus, qui ad pubertatem proximè accedunt, nec dum tamen eam ingressi sunt. *Theoph. in §. pupillus. Instit. de Inutilib. stipul.* Quantũ vero hi à pubertate absint, anxiè à Dd. quæritur, quorum sententias ordine recenset Setser. *d. lib. 4. c. 2. n. 13.* Menoch. *de arbitr. Jud. quæst. lib. 2. cent. 1. cas. 57. n. 20. & seqq. Coras. lib. 6. Miscell. c. 23. nu. 5. & 6.* Nos opinionem Setser. & Menochij *dd. ll. & aliorum quorundam*, utpote hodie magis receptam, & veriorem amplectimur, & concludimus, hujus controversiæ decisionem ad generalem consequentiam aut regulam trahi non posse, & idcirco totam hanc rem lege non definitam ac decisam, Judicis arbitrio relinquendam. Quid vero in dijudicandà hac ætate à judice observari debeat, præscribunt Coras. *d. lib. 6. Miscell. c. 23. n. 7. & 8. Covarruv. in tr. de Sponsalib. cap. 5. Menoch. d. cas. 57. n. 45. & multis seqq. Eberhard. Speckhan cent. 1. quæst. variar. q. 44. & seqq. Setser. d. c. 2. n. 14.* Sanè tutore authore pupilli rectè Jusjurandum deferunt *d. l. jusjurandum. 17. §. 1. ff. de Jurejur. Rosbach. d. c. 66. n. 12. in f.* cum & alia omnia authore tutore rectè agant. *l. in negotiis. 5. in f. ff. de Reg. Jur.* Quamvis ipsorum conditio per hoc deterior reddatur. *§. 1. Inst. de autborit. tut.*

THESIS VII.

Propter defectum administrationis bonorum, jusjurandum deferre prohibentur. Prodigus (*a*), Procurator(*b*), Filius(*c*), Servus(*d*), &c. (*e*).

(a) h. e.

(a) h. e. qui neque tempus neq; finem expensarum habens, bona sua dilacerando & dissipando profundit. *l. is qui. § fin. ff. de tutor. & curat. dand. l. 1. ff. de curat. furios. & aliis ext. min. dand.* Wesemb. in π. d. t. n. 3. Idem quoque dicendum est de cæteris similibus. *l. tutor pupilli. 35. § prodigus. 1 ff. de Jurejur.* Vel ut de Furioso *l. Divus Marcus. ff. de offic. Præsid.* Mente capto. *§. furiosi. Inst. de Curatorib.* Horum tamen Curatores rectè Jusjurandum deferunt. *d. l. jusjurandum. 17. §. si tutor. 2 ff. de Jurejur.* Sin autem sine Curatoris authoritate Jusjurandum detulerit, ipso quidem jure nocet, sed subvenietur ei restitutione in integrum, si docuerit, se circumscriptum esse. *l. nam postea quam. 9. § 4 minor. 4. ff. de Jurejur. l. 2. C si tut. vel curat. interv.* quod tamen intra Statutum tempus fieri debet. *Setz. d. lib. 4. cap. 2. nu. 27. inf. & Borch. d. tract. de Jurejur. c. 3. n. 29. in fin.* (b) h. e. qui aliena negotia mandato Domini administrant. Ita enim Ulpianus Procuratorem definit. *in l. 1. ff. de Procurat.* Non tamen indistinctè omnes Procuratores deferre prohibentur: sed illi tantùm, quibus actio vel defensio mandata est. *l. alias autem 18. & seq. 19. ff. de Jurejur.* Hi enim non audiuntur, etiamsi de rato caveant. *d. l. alias autem. 18. cum duab. seqq ff. de Jurejur.* Ratio est, quia Procurator ad Actionem tantum factus, si deferat, aliud facit quā ipsi mandatum est. *l. si itaq; mandatum 19. ff. de Jurejur.* Est enim omnis Procurator mandatarius *d. l. 1 ff. de Procurat. Wesemb. in π. ff. Eodem n. 2. in m. Borch. d. tr. de Juram. c. 3. n 32. & in Comment. Inst. §. mandatum, & in diem. 12 Inst. de Mandat. n. 2.* Mandatarius autem fines mandati servare debet. *l. diligenter ff. Mandati. §. is qui exequitur. 8 Inst de Mandat. ubi Borch. n. 1.* Quod adeo verum est, ut neque in utiliorem rem mandatum commutare possit, ut pulchrè Gellius tradit *lib. 1. c. 13. Tiraq. in l. si unquam. §. libertis. n. 19 C. de revocand. donat. Borch. d. cap. 3. n. 32. & ad d. §. is qui exequitur 8. n. 1. in pr.* Et quod de Procuratore diximus intelligendum quoque est de Defensore Municipum, vel cujusvis corporis. *l. jusjurandum. & ad pecunias. §. defensor. ff. de Jurejur. Borch. in tr. de Jurju. d. loc.* Aliud autem dicimus de Procuratore qui generale habet mandatum, & universorum bonorum admini-

ſtrationem ſuſtinet, aut cui nominatim mandatum eſt, ut jusjurandum deferat. Hujuſmodi enim Procuratoris jusjurandum delatum ratum habendum eſt, *l. jusjurandum. 17. §. procurator. final. ff. de Jurejur. l. jusjurandum. 34. §. 11. l. mandato generali 60. ff. de Procurat. Mynſing. cent. 4 obſ. 93. Jaſon, in d. l. 17. n. 4 ff. de Jurejur. c. qui ad agendum. 4. de Procurat in 6. Gail libr. 1. Obſ. 83. Donell. in tit. de Jurejur. cap. 4. in f. Treutl. Diſp. 21. Th. 7. lit. H. inf. & ibi Bacchov. in not. Rosbach. d. c. 66. n. 12. in pr.* (c) *l. nec filius. C. de reb. cred. & jurejur. & l. 7. ff. de Jurejur.* Quicquid ergò citra mandatum tuum erga rem tuam filius geſſit, nec hoc ratum habuiſti, nihil tibi oberit. *d. l. nec filius. C. de reb. cred.* In re tamen peculiari filiusfamilias jusjurandum deferre poteſt, ſi liberam peculij adminiſtrationem habeat. *l. quidam. 22. ff. de Jurejur. l. 5. §. ſi filiusfam. ff. de pecul.* (d) Si peculii adminiſtrationem non habeat. Deferre autem poterit, ſi habeat *l. ſervus quod detulit. 20. l. quidã. 21 ff. de Jurejur. Cujac lib. 8. Obſerv 11. Donell libr. 24. Comm. c. 12. in f. Emeric. à Rosbach. d. c. 66. n. 12. in m.* In controverſia ſcilicet ſuper peculio exiſtente. Nec tantum extrajudiciale ſeu voluntarium, verum etiam Judiciale in Judicio rectè defert. JCtus enim Paulus *in d. l. ſervus. 20. ff. de Jurejur.* generaliter tradit, ſervandum eſſe jusjurandum, quod detulit ſervus: Et omnia ferè JCtt: Reſponſa in hoc titulo exiſtẽtia ad Juramentum quòd in Judicio defertur, pertinẽt. (e) Gravatus Fideicommiſſo in bonis fideicommiſſo ſuppoſitis. *Bart. In l. eum qui. §. ſi libertus inf. & l. manifeſtæ. n. 5. ff. de Jurejur. Jaſon. in l. jusjurandum. 17. §. pupillus. n. 1. ff. Eodem. Setſer. d. lib. 4. c. 2. n. 37.* Item Emphyteuta & Vaſallus. *Jaſon. in d. l. Jusjurandum. 17. §. pupillus. n. 2 ff. de Jurejur. & in l. fin. n 123. C. de Jure Emphyt. Setſer. d. loc. n. 38.* Si ſcilicet in præjudicium Domini fiat. *Jaſon in d. l. jusjurandum. 17. §. 1. n 1. & ſeqq. Curt. Junior, de Feud. p. 4. n. 100. Berlich, p. 1 concl. 19. nu. 18. edit. prior.* Conjunctus pro alio conjuncto; niſi proprium prætendat intereſſe. *l. patri, ubi text. ad hoc ſingul. ſecundum Bart. ibid. ff. de Minorib. Hillig. in Donell. Comment. lib 24. c. 12. lit. L. Setſer. d. c. 2. nu. 36.* Conjunctus enim ea non poteſt agere, ad quæ ſpeciale mandatum requiritur. *l. 27. in pr. ff. de Minorib. Fr. de Caldas ad l. 3. C. de*

inin-

in integ. restit. in definit. verb. implorandū. 8. Covarruv. 1. variar. Resol. c. 6. n. 5. Stcb. ad l. 2. C. de reb. cred. & jurejur. nu. 11. Chil. König p. 1 pag. 117. Fesbach in Practic. Civil. tit. 14. n. 12. Et denique Curator mulierum, qui de Jure Saxonico iis datur ad lites. *Moller. lib. 2. semestr. c. 3. per tot. Andr. Rauchbar. p. 1. quæst. 8. n. 4. & seqq. Hillig. in Donell. comm. 24 c. 12. lit. L.*

THESIS VIII.

Qui igitur Juramentum deferre possint, jam facilè intelligimus; Nempe omnes qui non reperiuntur prohibiti. Non incongruè autem hic quæstio instituitur: An is quoq; cui imposita est probatio per sententiam Judicis, quam passus est transire in rem judicatam possit Adversario Juramentum deferre? Negativam nos propugnamus.

Cum Modest. Pist. in quæst. illust. q 79. p. 2. Setser lib. 4. cap. 2. n. 39. Idque propter authoritatem rei judicatæ, ut *idem Setf. d. loc. docet.* Et est Delatio Juramenti verius revelatio ab onere probandi, quam probatio, *Sculter. in Tract. de Notor. p. 1. q. 5. nu. 17. & seqq. Modest. Pist. d. p. 2 q. 79.* Ideoque hic dum Actor Sententiam in rem judicatam transire passus est, in id, quod ipsi per sententiam imponebatur, nempe in probationem, re ipsa factoque (quod potentius verbis est, *l. si tamen. 45 § ei qui servum. 3. ff. de Æ dilit. Edict. Schrad. in tract. de Feud. p. 2 p. 9. in pr. n. 117. vers. ab eo ipso quod consuetudo*)) consensit, atque ita simul delationi Jurisjurandi renunciavit *Setf. d. lib. 4. c. 2. n. 41.* Satis enim absurdum est, *ut ipse Imp. Justinianus loquitur in d. l. si quis 11. in pr. C. de Reb. cred* redire actorem ad hoc, cui semel renunciavit.

THESIS IX.

Celeberrima quoque, & propter magnum in Judiciis usum nobilissima quæstio est: An ad redimendam litium tarditatem, quæ sæpè immortales (4) fiunt, Judex

permittere debeat, ut Actor etiam sine probationibus deferat Reo Juramentum; & an Reus Juramentum hoc delatum præstare cogatur aut solvere? (b) Affirmamus.

(a) De Formalibus enim integrum sæpe decennium, vicennium vel tricennium disputatur. Quæ vero litium immortalium sint causæ, pereleganter docet Petr. Frid. Mind *in Epist. dedicat. circa fin fere Tract. sui de Processib. Execut. quem vide. Item Wesemb. in π. ff. de Judiciis, nu. 13 per tot.* (b) Idque confirmatur per l. generaliter. 12. *in pr. C. de reb. credit. ibi enim dicitur, vel in principio litis &c.* & l. manifestæ *ff. de Jurejur.* quæ ll. generaliter loquuntur. Deinde ratio quoque non infirma desumi potest ex vulgari illâ sententiâ *Cic. lib. 2. de ll.* Salus populi suprema lex esto. Jam vero nulli dubium esse potest, quin Actor Reo jusjurandum deferens, id agat, ut quam celerrimè molestiâ litis defungi possit. *Castrens. in l jusjurandum, & ad pecunias. §. ait Prator. & in l. manifestæ. & ibi Bart. Alex. & Jas ff. de Jurejur. Fachinaeus, lib. 1 Controv. c. 19. Wesemb. in π. de Jurej n. 9. in pr. Treutl. Disput. 21. th. 9. lit. C. & alij, quos refert ac sequitur Setser. c. 2 n. 48. adde his Donel. lib. 24. comment. c. 18. in pr fere, & c. 20. ibiq. Hillig. lit. D. in m fermè.* Quare leges ipsæ quoque celeritati dirimendarum litium plurimum favent. *l. quidam existimaverunt. 21. in f ff. de Reb. credit. l. si se non obtulit. 4. §. ut Prator. 3. ff. de Re judic. c. nonnulli. 28. §. cum autem lites extra de Rescript. Matth. Coler. de Processib Executiv. p. 3. c. 11. nu. 89.* De Jure Saxonico indistinctè actor ab omni onere probandi se relevare potest, si narrata in libello deferat Reo, ante Guarandam præstitam, in conscientiam: Mag dem Beklagten seine Klage in sein Gewissen schieben Landr. *lib. 1. art. 6. gl. lib. 3. art. 9 in pr.* N. G. Ordn. *tit. 18. in pr. Coler. decis. 122. n. 2. Treutl. d. Disput. 21. th. 1 lit. C. in f. Fachs diff. 52 Wesemb. in π. de Jurajur. n. 9.* Et idem fieri potest à Reo *d.* N. G. Ordn. § do aber der Beklagte/ *Termineus in process. c 47. in pr. Chil.* König *in suo process. c. 7. nu 1. in f & c. 66.* Post litem autem contestatam, aut præstitam Gvarandam deferri Jusjurandum minimè potest.

Landtr.

Landtr. *bb 1. art. 6 d.* N. S. Ordn. *tit.* von den Eyden und derselben *d...ion & c 19 post pr vers.* Jedoch *Nov. Elect. Aug 11.p.1.c 1. in pr. Fichs d ff Jur.civ. & ...ax.52. Schneidvv.in §.11. Inst.de Act. num.83. Besst.ad Rubr ff.de Jurejur.n.80. Rauchb.p.1.q.9.n 14. & seqq. & q.10. n.22. Jacob Schultes obs.forens.48.n.16. & seqq.*

THESIS X.

Jam progredimur ad personas quibus deferri potest. Potest autem deferri omnibus; (*a*) nullâ ratione habitâ sexus, vel ætatis (*b*) vel (*c*) conditionis.

(a) *l. qui jurasse 26 ff. de Jurejur.* Quamvis autem omnes quibus defertur, ad Judicem venire debeant, & jusjurandum præstare, *l. generaliter. 12 in pr. & §. his de C. de reb. cred. Donell. libr. 2... comment. cap. 2... in pr.* tamen absentes quoque, in provinciâ, dummodo adversarius, aut procurator ejus præsens fuerit, jusjurandum præstare possunt, *Novell. 124. de Litigat.* Nec minus domi jurare permittuntur Egregii & qui valetudine impediuntur. *l. ad personas ff de Jurejur. d. l. generaliter. § his de præsentibus. C. de reb. cred Tiraquell. de Jure primogenit. in præf. n. 109. Caroc. quæst. 1... princip. n 6. & seq. Donell libr. 24. comm. cap. 21. & ibi Hillig. lit. H. Rosbach d. c. 66. n. 14.* Intelligimus vero omnes qui scientiam rei vel facti, de quo agitur, habent. Iniquum enim est, de alieno facto alium jurare *l. Marcellus. § jurare autē ff Rer. amot. act.* Et conscientiâ suâ quisque satisfacere debet. *l 5. §. sicubi. C. de iis qui ad Eccles confug.* Et grave est, ignorantem aliquem & invitum sub alieni compendii emolumēto, perjurium anceps subire. *videamus §. 1. ...e in lit jurando.* Hinc facile concluditur, Procuratori & Defensori, qui speciale in eam rem mandatum non habent, non rectè jusjurandum deferri, & si deferatur, jurare tamen eos non compelli. *l. jusjurandum 34. §. procurator. ff. de Jurejur.* Quod etiam Jure Saxonico ita observatur Landtr. *lib. ... art. 11. n 5* Weichb *lib. 1 art. 6 in addit col. 2 Aug. Elect. in suis const. ... part. ... c 24.* Idem quoque dicitur de hærede. *d. l. Marcellus. ... § ... ff. de act. rer. amot, l. jusjurandum. 34. §. procurator. ff de jurejur.*

rejur.

rejur.Rosbach.in pract.civil.tit.66.n.13. Hæres enim in locum defuncti succedens justam ignorantiæ causam habet, an id quod petitur, debeatur, unde anceps perjurii periculum. *d.l. Marcellus.11 §.1.ff.de rer.amot.act.l.qui in alterius.ff.de R.I.L.fin.ff.pro suo. Paul lib.2.sentent.tit.1.Menoch.libr.1.de arb.quæst.iud.q.68.n.30. Tiraquel.de præscript.§.2.gl.unic. Schneidvv.ad §.item si.11. Instit. de actionib.n.109. Gilken.ad l.12.in pr.C.de reb.cred.n.7.Coras.ad l.5.ff. de in lit.jur.n.29.Beust.ad Rubr.ff.de Jurejur.n.66.Toming.decis.45.nu. 7.Coler.decis.116.VVebner.obs.pract.de V.S.verb.* Wissenschafft vnd wolbewust. *Moller.in Novell. Elect.Saxon. 24.part.1 nu. 3. ubi plures alleg.at.Bacchov.in Not.& Animadv.ad Treutl. Disp.21. th.10. lit. G. circ.f* Item de Tutoribus & Curatoribus in rebus pupillorum vel minorum *l.videamus.ff.de In lit.iurand.* Illi quoque, qui fori exceptionem habet, jusjurandum non rectè defertur. *l.tutor.35. §.fin.ff.de Jur.jur. ubi Dd. communiter.* (b) Illud enim Juramentum, quod Mulier vel Pupillus deferente adversario præstitit, omninò custodiri debet. *l.qui jurasse.26 ff. de Jurejur.Duar. in comm ad tit de Iurejur.c.8.Hillig.in Donell. comment. 24.c.17. lit. H. & c.21.lit y. Rosbach.d.c.66.in pract.civil,n.13.* Sibi enim imputare debet adversarius, quod mulieri vel pupillo Juramentum detulit, *arg l.servus 23.ff.de Jurejur.* (c) Sive enim liber sive servus quis fuerit, rectè ipsi Jusjurandum defertur. Hinc, si servus juraverit Dominum dare non oportere, Domino exceptio induigenda est. *d.l servus.23 & l.sed etsi.25.ff. de Iurejur.* Sic quoque filiusfam. quod ad delationem adversarii juravit, valet jusjurandum & prodest patri *l.multo magis.24.ff.de Jurejur.* Rectè etiam muto Jusjurandum deferimus. Quamvis enim loqui nesciat, sufficit tamen ipsum habere intellectum & consensum, ut satisfiat desiderio deferentis *l.item quia.ff.de Pact.* Sic nihil refert, etiamsi persona cui defertur vilis sit & infamis. Quia testis vilis & infamis parte acceptante probat, & repelli non potest. *Gl.singul.ab omnibus commendata.in §. & licet; verb.suppliciis Novel. de Testibus, quam singularem dixit Bald.in c. in nomine Domini.n.3.de Testib.& alii quos recenset Setser.d.libr.4.de Juram. c.3 n. 11.* Unde si Adversarius tali personæ jusjurandum detulit,

ipsam

ipsam testem in causâ propriâ constituit, cujus testimonium ipsi postmodū displicere non debet. *arg. c. quod semel. de R. I. in 6.* Notandum tamen est, Judicem ei, qui de nimiâ levitate & perjurio suspectus est, jusjurandum non facilè permittere debere: Habenda enim est ratio conscientiæ, contra quam qui agit, ædificat ad Gehennam. *c. literas. §. sanè. extra de restit. spoliat.*

THESIS XI.

Neutrum tamen protinus quis suscipere cogitur: sed liberum ipsi est, Judiciale (*a*) deferenti (*b*) referre: aut si mavult, potest in utroque à deferente (*c*) exigere, (*d*) ut prius de calumniâ juret (*e*); Et si nolit (*f*), potest Jusjurandum legitimè (*g*) recusare. Si vero juraverit, tunc statim (*h*) quoque delatum Jusjurandum præstare tenetur; nec refert, quocunq; tempore (*i*) aut loco juretur.

(*a*) Tunc enim referendi facultas datur, cum necessitas reo incumbit, vel jurare vel solvere *l. jusjurandū. 34. §. ait Prætor. & seq. ff. de Jurejur. Borch. in d. tr. de Iurejur. c. 7. nu. 7.* quod fit tantum in Juramento Judiciali *d. l. 34. §. ait Prætor. ff. eod.* Hinc patet voluntarium referri non posse. *l. 17. in pr. ff. de Iurejur. VVesemb. in π. eod. tit. n. 8. in pr. Rosbach. in sua Pract. civil. d. tit. 66. nu. 16.* Item Necessarium *l. penult. §. sin autem. C. de Reb. cred. & jurejur. l. 3. §. sin ubi. C. de his, qui ad Eccl. confug. Gloss. in c. ult. verb. famosa. extra de jurejur. VVesemb. in π. eod. n. 10. in med. Rosbach. in Prax. civil. tit. 66. n. 2.* Et si Jusjurandum relatum est, nolens & invitus adversarius id præstare cogitur. Non enim displicere debet conditio Jurisjurandi ei, qui detulit. *d. l. 34. §. datur autem. 7. d. l. jusjurandum. 34. §. ait Prætor. ff. de Jurejur. VVesemb. in π. hoc tit. n. 9. in fine. Rosbach. d. tit. 66. n. 17. in pr.* Conceptio tamen delati Jurisjurandi displicere potest, quæ tandem officio Iudicis terminari debet. *d. l. 34. §. non semper. 8. ff. de Jurejur. Menoch. lib. 2. de arb. jud. quæst. cēt. 1. cas. 189. Borch. d. tr. c. 7. n. 6.* Nec cogitur referēs

de ca-

de calumniâ jurare. *d.l.34 §. datur.7. & ibi Alberic. & Jason.ff. de Iurejur. Rosbach.d.tit.66.n.18.in m.* Planè sunt nonnulli casus, in quibus Judiciale hoc Juramentum referri nequit: v.g. cui in actione rerum amotarum juramentum defertur, is omninò jurare cōpellitur. *l.11.§.fin.l.12.ff de rer.amot.act.Emeric. à Rosbach. d.tit.66.n.17.* Sic quoq; Fur, cum quo furti agitur, jusjurandum, quod ei defertur, *l. duobus reis.28.§.pen.ff. de Iurejur.* actori referre non potest. *d.l.12. & 13.ff.de Rer. amot.act.* Idem dicendum videtur de actione injuriarum. *Borch.d.tr.de Juram.c.7.n.19.* (b) *l.jusjurandum. & ad pecunias.34.§.datur.7. & §.ait Prator.ff.de Iurejur.Wes.in par.eod tit. n.7. & 9.in pr. fere.l.9.C.de Reb.cred. Menoch. arb.iud.quest.c 189. Wesemb.cons.3.n.50. Pruckman. vol.1. cons. 2.nu. 471.Zobel p.1.diff.jur.civ. & Saxon.24.& duab.seqq. Donell. libr.24. comment.19.ubi Hillig.lit N.Rosbach.in pract.civil.tit.66.nu.16.* Ac modestius facit, qui jusjurandum refert, quām ipse, qui jurat. *l. illud aut illud 25.ff.de pecun.constit.* (c) Nisi sit parens aut Patronus *d.l.jusjurandum. & ad pecunias. §.qui Iusiurādum. l.si Patronus. 16.ff.de Jurejur.l.licet.7.§. nec deferentes.ff. de obsequiis Parent. vel Patron.praest.l.qui bonâ fide.§.pen.ff.de damn.inf.l.de die ponenda. §. jubetur.ff.qui satisd.cog. Cujac.lib.9. observ.c.37.ubi corrigit d. l.jusjurandum.34.§.qui jusiurandum.Donell.libr.24.comment.c 21.in pr. fere. & Hillig.ibid.lit.D.Obrecht.de Juram.calumn.c.5.n.20.Treutl. vol.1.disput.21.th.4. lit. C. & ibi Bacchov. in notis.Rosbach. in Pract. civil.d.cap.66.n.18.* (d) Si enim non exigatur, tacitè hoc jusjurandum remittitur *c.1. & ibi Canon.de Iuram.calumn.in 6. Donell. ad l.9.n.3.C.de Reb.cred. & jureiur.* Et quidem exigi potest in omni litis parte. Quocunq; enim tempore ac loco ea expediri possunt, quibus peragendis certus à Jure locus vel tempus definitum non est. *Roman.cons.340.n.2.Cravet.cons.14.nu.3.per text. in l.ambiguitates.24.C.de Testamm.l.qui fundū.40.ff.de contr. empt. l.1.§.meminisse.ff.de ventr.inspic.l.in venditione. 8.§. de tempore. ff. de Reb.auth.iud.possid.l.1. & ibi Bart.ff.de Aleat.*(e) *l. 34.§.qui jusjur.4. si nō fuerit.37.ff.de Iurejur.l.delata.9.C.de Reb.cred.Novell.99.Paul. lib.2.tit.1.Wesemb.in par.de Jurejur.n.9.in m.fermè.Rosbach.d.tit.66. n.18.in m.* Etiamsi generale calumniæ juramentum interpositū

fuerit,

fonsit. Rauchbar in eq. ult. p. 1. q. 1. n. 5 Donell. 24. comm. c. 14. & ibi Hilling. lit. I. Setser d. lib. 4. de Juram. c. 5. n. 18. & seqq. ubi hoc latè deducit, & ex diversis capitulis utriusq. juramenti hanc sententiam probat, quem vide. Quod etiam in foro Saxonico observatur, quamvis generale calumniæ juramentum in usu esse desierit. *Cōstit. Process. p. 1. c. 12. gl. in* Lehnr *art 68. circ f. addit ad gl* Landr. *art. 14. & 63. Weicht. in. art 88. lib. 3. Chil.* König *in Process. c. 67. nu. 2. Fachs. diff. jur. Civ. & Saxon. 12. inter diff. Zobel. p. 1. diff. 21. nu. 8. & diff. 47. Beust. ad Rubr. ff. de Jurej. n. 1. Obrecht. de Iuram calum. c. 2. n. 7. quod etiam confirmat Novell. Elect. Aug. 12 p. 1. Wesemb in π de Jurejur. n. 9. in m.*
(f) In contumaciæ pœnâ haberi debet, ac si Juramentū principale ab adversario præstitum esset. Remittere enim illud videtur, qui de calumniâ jurare recusat. *l. si non fuerit ff. de Jurejur. Mollerus in comment. ad const. Sax. p. 1. c. 12. n. 4. c. significante. extra. de pigneribus.* Quod si saltem moram longiorem traxerit, & adversarius post præstitum Calumniæ Juramentum jurare promiserit, morte autem interea interceptus fuerit, juramentum ejus delatum pro præstito habebitur, per Regulam Juris, Mors vim Juramenti habet. *Paul de Castr. conf. 302 n. 3. lib. 1. Cravett. cōs. 158. n 7 p. 1. Sebast. Med. in Tract. Mors omnia solvit. p. 1. n. 169. & p. 3. n. 28. Gail. l. b. 2. observ. 43. Treutl. vol. 1. disp. 21. th. 10. lit. G. Berch. d. tr. de Iuram. c. 7. n. 9.* (g) Recusandi causas tredecim refert Gilken. *in d. l. generaliter. 12. §. 1. C. de Reb. cred.* Caroc. *in q. 32 principal.* Septendecim. *Vide Donell. 24. comm. c. 21. in pr. & Hilling. ib. lit. A.* (h) Regulariter *l. 5. §. fin. & l. 6. §. fin ff. de Jurejur.* (i) Nemo tamen opinetur Jusjurandum die feriata quoq; præstari posse. Nam præstatio talis ipso jure nulla est. *Setser. d. libr. 4. de Jurament. cap. 5 num. 35.*

THESIS XII.

Nonnunquam accidit, ut deferens (*a*) cum videt Adversarium (*b*) jurare paratum, jusjurandum susceptum ei remittat; quo casu is cui remissum est (*c*), perinde ac si jurasset, (*d*) Actionem & Exceptionem (*e*) jurisjurandi habet.

 (a) Qui

(a) Qui enim deferendi facultatem non habet, is neq; remittere potest. Hinc colligimus pupillum Jurisjurandi gratiam facere non posse *l jurisjurandi.32.ff.de Jureiur.* Nec tutore quidē authore, ut rectè sentit *Gloss.in d.l.32.Modestin.ibid. Duar. in prior.cōment. de Iurejur.c.14. & in posterior.c.4 fol. 867. Hillig in Donel.cōment.24.c.13.tit.I.* Quia remissio donationis instar obtinet, & tutor donare non potest. *l. Lucius.2.§.fin ff. de Admin.tut.l. nō omni.C.eod.l.remitti.6.ff.de Jurejur. Donell. in §. itē si quis postulante.11.n.1.Schneidw.n.77. Adde Berlich p.1.c.19.n.51.* (b) Et nihil refert, utrum præsenti an absenti, an deniq; per Epistolā remissio fiat. *l. Labeo.ff.de Jurejur.* (c) scil. Judiciale aut Voluntariū, quæ cum remittuntur, pro præstitis habentur. *l.4.§.fin.l.5.l.nā postea.9.§.1.ff.de Iurejur.* Non autem cætera quoq; juramenta cū remittuntur eadem, pro præstitis habentur. Nam contractus confirmatoria si remittantur, pro præstitis nequaquam habentur. *Cyn.in auth.Sacramenta puberum q.5.C.si advers.vendit.* Beust. *in d.l.nam posteaquam.9.§.jurejurando.nu.11.* ubi hoc declarat eleganti facti specie. Nam Principum & Nobilium filiæ, cum dotem accipiunt, ex recepta consuetudine renunciationem præstare coguntur, müssen verzicht thun/ quæ renunciatio tunc demum ligat filias, quando est corporali juramento confirmata. *c.quamvis de Pact.in6.* Hoc igitur Juramentum, si pater remiserit, vim præstiti non habebit, sed filia admittenda erit in hæreditatem paternam. *Beust.d.loc.* Sic quoq; Purgationis Juramentum, neq; à Parte, neq; à Judice remitti potest. *Dd.cōmuniter in l.præsenti.§. cùm autem. vers. sicubi posita.post Gl. ibid. in verb. conscientia.inf.C.de his qui ad Eccles.confug. Setser.lib.3.de Iuram.c. ult.n.8.& lib.4.c.4.n. 21.inf.* Remitti tamen etiam possunt juramenta alioquin necessaria propter personæ integritatem per *text.in c.tuis quæstionibus.& ibi eleg. Gl. in verb. remittatur extra de Testib.gl.in l.1.§.1.verb.sententia ff.Eod. Castr.in l.jurisjurandi. nu.2. C.de reb.cred.& jureiur.* (d) *arg.l.1.C.de reb.cred.l.actor. 8. eod. l.4. §.fin.l.5.§.ult.ff.de Jureiur.l.satisfactio.52 ff.de solut junct l.1. qui satisd.cog. Paul.lib.2.tit.1.Donell.lib.24.comment.c.13.in m.Wesemb.in π.de Jurejur.n.9 in m.* (e) *l.9.§.1.ff.de Jurejur.l.si non fuerit. l remittit.ff.eod.*

THE-

THESIS XIII.

Præstatur quoque deferenti Licentia, delatum (*a*) & nondum præstitum Juramentum revocandi, (*b*) usq; ad sententiam definitivam, quando justa subest (*c*) causa. Et tunc illud juramentum, quod semel revocatum est, rursus deferri non potest. (*d*)

(a) Judiciale non solùm, de quo tantùm l. si quis. *C. de reb. cred.* loqui videtur, verum etiam voluntarium *ex sentēt. Bart. Rimmald. & Dd comm. in l. non erit ratum. §. fin ff. de Iurejur.* Et Necessarium, *ut docet Borch. d. tr. de Iuram. c 6. n. 13.* Nam certum est Judicem quamcunque interlocutoriam revocare posse *l. quod jussit ff de re judic* licet de sententiis contra sit. *l. Paulus. 42. l judex. 15. ff de re judic. t. t. C sentent. rescind. non posse. Corneus, cōs. 274. col. fin. lib. 3 & consil 117. col. 2. lib. 4. Cravett. cons. 23. n. 8. & cons. 135. n. 20. Wesemb. in π. de re judic. n. 9 in f.* (b) *l. si quis jusjurandum. 11. C. de reb. cred & jurejur. Bart. in l. non erit. § fin. ff. de Iurejur. V Vesemb. in π. d. t. n. 9 post in Berlich p. 1. c. 22. n. 1. & seqq.* (c) Et meritò. Non enim permittendum est, ut juramento re omnium maxima ludatur. Justa autem causa est, si quis dicat, Instrumentis repertis, vel testibus intentionem suam se probaturum. *d. l. si quis jusjurandum. C. de Reb cred.* R. G. Ordn. tit. 18. §. ob müglich. (d) Renuncians enim ad jus cui renunciavit, redire non potest. *l. quaritur § si venditor ff. de Ædilit. edict. l. si maritus. 15. §. si negaverit. ff. ad l. Jul. de adult. l. non videtur ff. si quid in fraud. patroni. l. postquam liti. C. de pact. l. fin. C. de remiss pign.*

THESIS XIV.

Materia Juramenti sunt omnes res (*a*); deferri siquidem super omni re potest. Quâcunq; enim actione quis conveniatur, si juraverit, proficiet ei jusjurandum, sive in personam (*b*), sive in rem (*c*), sive in factum (*d*) sive pœnali actione, sive quavis aliâ (*e*) agatur, sive Interdicto.

(a) Itâ enim ipse Prætor edixit, *l. ait Prætor 7. ff. de Jurejur.* ejus rei, de qua jusjurandum &c. quæ verba Ulpian. ibi explicat, de quacunq; actione & negotio. Nec tãtum super rebus corporalibus & singularibus. *l. eum qui juravit. §. fin ff. de Iurejur. l. sed etsi possessori. §. item si juravero. & §. sed etsi rerum. Eodem.* Verum etiam super incorporalibus, & quãdo de universitate bonorum agitur, jusjurandum licitè defertur. *l. sed etsi. 11. §. si cũ hæreditate. ff eod* In causis tamen matrimonialibus, eo tantùm casu jusjurandum rectè defertur, quando jusjurandum pro matrimonio est: h. est. Si defertur, ut quis juret, sibi matrimonium promissum esse, & hæc est cõmunis Dd opinio, *ut tradit Joach. à Beust. in l. 3 ff de Iurejur. fol. 147. cum seqq. Gail lib. 2. Pract. obs. 48. Treutl. disp. 21. th. 1. lit. A. vol. 1. & ibi Bacchov. post m.* Si vero Juramentum est contra matrimonium, tunc delatio non valet. Nã in potestate partium esse non debet matrimonium per juramẽtum impediri. *Beust. & Gail dd. loc. & Gl. in l. ait Prætor. 3. §. quacunq; in verb. agatur, & ibi Bart. n 2. Alex. & Salic. Schneidw. in §. 11. Inst. de Act. n. 26 & seq Duar: in prior. comm. tit. de Iurejur. c. 9. & in poster. c. 4. fol. 862 sub fin. Coras. 3. miscell 4. nu. 6. Hillig: in Donell. 24. comm. c. 17. lit. I. in m.* Es stehet nicht in der Parheyen willführe/ sich voneinander loß zu schweren/ (b) In personam agi dicimus, quãdo ex contractu vel Q: agitur, ad hoc, ut adversarius nobis aliquid det vel faciat. *§. omnium. 1. Inst. de Actionib. ubi Dd. communiter. & l. actionum. 25 in pr. ff. de Obl. & Act.* (c) Quando sc. actor intendit, rem, quam Adversarius possidet, suam esse, ideoq; petit eum condemnari ad restitutionem. *d. §. omnium 1: Inst. de Actionib. d. l. actionum. 25. ff. de oblig. & Act.* (d) Agitur in factum, quando ex contractu incerto, sive ut vulgo loquũtur, innominato agitur, ut aduersarius condẽmnetur mihi, quãti mea interest, illud de quo convenit accipere vel fieri *l. naturalis. §. 1. ff. d. Præscript. verb.* Dicitur etiam actio præscriptis verbis. *l. quod d. bonis ff. ad l. Falcid. l. 4. § si à Titio. ff de dol. except.* (e) e.g. (1) actione populari seu publica civili & pecuniaria. Nam in hac actione Jusjurandum deferri potest. *l. eum qui juravit. 30. § in popularibus. 30. de Iurejur.* Vocatur hæc actio publica, *in d. l. cũ qui.*

ff. de

ff. de Jurejur. ex eo, quod omnibus pateat. Qualis est actio Albi corrupti. *l. si quis id ff. de Jurisdict.* Item actio dejecti vel effusi. *l. si vero plures. §. hac autem ff. de his qui effud. vel dejec.* Actio sepulchri. *l. 3. ff. de sepulch. violat.* Actio de termino moto. *l. 3. ff. de Termin. mot.* Actio apertarum tabularum ante quæstionem familiæ. *l. lege Cornelia §. ex hoc Edict. ff. de Scto Syllan. & Claud.* In his omnibus actionibus jusjurandum deferri potest. Et ipsi qui juravit, prodest jusjurandũ non modo contra adversarium, verũ etiam adversus alios. Nec enim quisquam de populo illum postea convenire potest. *l. 30. §. 3. ff. de Jurejur. l. 3. de popul. act. Donell. in comment. lib. 24. c. 13. circa fin. Johan. Emeric à Rosbach. in pract. civil. tit. 86. n. 24.* Et si conveniatur, exceptione jurisjurandi eum repellet. Si tamen bona fide & non per collusionẽ ab ipso jusjurandum exactum fuerit, *d. l. eum qui. §. in popularib. ff. de Jurejur. Rosbach d. tit. 6. nu. 15.* (2.) Actione publicâ criminali. In hac enim Accusatorem reo jusjurandũ deferre posse, & non contrà Interpp. nostri censent. *Boër. decis. 86. Jas. Alex. & alii in l. admonendi, & Joach. à Beust. ad l. ait Prætor. 3.* Qui tamen dicit, quod hodie accusator rarò soleat Juramentum reo deferre in causa criminali, quia Reus posset pejerare, vel etiam convincere cõscientiam suam probationibus (Nach dem jetzigem Gebrauch pfleget der Ankläger nicht dem Beklagten die peinliche Anklage in sein Gewissen zu schieben/ darumb/ daß Beklagter leichtlich möchte falsch schweren/ oder die Klage mit Beweisung vertretten) jam monstrat tutiorem viam) Sondern man pfleget die Anklage/ auff vermuthen des Angeklagten/ auff iudicien ad torturam anzustellen. Ratio autem, quare Interpp. nostri statuant, Accusatorem Reo, & non contrà jusjurandum deferre posse ex eo desumitur, quod reo jurante idem absolvatur, qui condemnaretur, juramento ab accusatore dato; & propterea proniores esse debemus ad liberandum quam ad condemnandum. *l. Arrian.*

L. absentem §. *1. ff. de Pœnis.* Et majorem honorem curia ex absolutione, quam ex condemnatione consequitur. *Cravett. cons. 6. n. 128.* Hinc efficitur, nec Judicem in criminalibus actori in supplementum probationis jusjurandum deferre posse. *Accurs. & Dd. comm. in d. l. 3. ff. de Iurejur. inter quos Joach. à Beust fol. 147. cum seq. Bart. Castrens. Jas. Sichard. & alij in l. bona fides. C. de reb. cred. & jurejur. Bart. in l. maritus ff. de quæst. Gl. in c. cum sunt. de Reg. jur. in 6. & in c. fin. & ibi Dd. extra de jurejur. Rosbach. in pract. crimin. tit. 4. cap. 4. notab. 1. n. 2. 4. & 6. Wesemb. in π. de Jurejur. n. 10. circ. f.* Requiruntur enim in criminalibus probationes luce meridiana clariores. *l. ult. C. de probat. Wesemb. in π d. loc. Rosbach. in pract. crimin tit. 4. c. 4. notab. 1. n. 2. & tit. 4. c. 3. n. 7. Jacob. de Bellovis. lib. 3. c. 20. n. 2. & c. 5. nu. 34. & lib. 2 c. 1. n. 5. Fachinaus lib. 1. controv. cap. 15.* (3.) Actione quæ inficiando crescit. Nam hac actione qui experitur, jusjurandum deferre non prohibetur. *d. l. eum qui juravit. in pr. ff. de Jurejur.* Talis autē actio est Actio Legis Aquiliæ. *pr. Inst. de L. Aquil.* Actio depositi in quibusdam casibus, videl. quando depositarius inficiatur depositum, ex causâ tumultus, incendij, ruinæ aut naufragij. §. *in duplum. & ibi Dd. comm. Inst. de Actionib. VVesemb. in π. depositi vel. cont. n. 12. in f.* Item actio Legatorum ad pias causas *d. §. in duplum. 23. v. 3. Inst. de Act.* Si vero Actor juraverit, sibi ex his actionibus quæ inficiando crescunt aliquid deberi, simpli saltem non dupli persecutionem sibi acquirit *d. l. eū qui ff de Jurejur.* abundē enim ipsi sufficere debet, exonerari probandi necessitate. *d. l. eum qui.* Coactus siquidem fuisset probare intentionem suam, & in probatione si defecisset, reus absolutus fuisset. *l. qui accusare. ubi Dd. C. de Edendo* (4.) Famoso judicio. Jusjurandum enim hic deferri posse, constat *ex l. nam posteaquam. § si damnetur quis ff. de Jurejur.* Sunt autem famosa judicia, quæ infamiam irrogant damnatis *l. 1. & t. t. ff. de his qui not. inf. Donell. lib. 18. comm. c. 8. in pr. ubi Hillig. lit. A.* Notandum tamen hic est, quod Reus famosus non fiat, si actor ipso deferente juraverit, sed tum demum, cum jusjurandum sequitur sententia judicis *d. l. nam posteaquam. § si damnetur. ff. de jurejur. d. l. 1. ff. de l. is qui not. inf.*

THE-

THESIS XV.

Forma in hoc consistere videtur, ut quis consuetudinem, stylum, & mores judiciorum, cujusq; loci vel maximè inspicere, observare, & attendere debeat, ac nisi id faciat, perinde est, ac si juratum non esset; sicuti & ad conditionem delatam jurari debet.

Regulariter tamen tenendum est, quod omne juramentũ decisivum, præcisè de Veritate, & non de Credulitate esse debeat. *Bart. in l. Marcellus. § jurare. vers. sed ista lex. ff. de action. rer. amot. V. Vesemb. cons. 3. n. 50. in m. & cons. 13. nu. 37. Cothman. Respons. 49. nu. 08.*

THESIS XVI.

Effectus utriusq; Jurisjurandi sunt varii (*a*). Præcipuus tamen est, quod litibus finem imponat (*b*), sive Actor (*c*) sive Reus (*d*) juraverit.

(a) Quos prolixè recenset Duar. *in prior. comm. tit. de Jurejur. c. 31. & in Poster. c. 7. Jason & Schneidw. ad §. item si quis postulante [illegible]. Inst. de act. n. 48. & seqq. Hering. de Fidejuss. c. 20. §. 2. Canon. [illegible] extra de jurejur. V. Vesemb. in π. de jurejur. n. 13. Rosbach. in pract. civil. t. 66. n. 22. & seqq. Borch. in d. tr. de juram. c. 8. & seqq. Seis. d. lib. 4. c. 7. n. 1. & seqq.* (b) *l. si quis jurasse. ff. de Condict. indeb. l. jusjurandum à debitore l. 1. & 2. l. qui jurasse. inf. ff. de jurejur. l. quod si deferente. ff. de dol. mal.* Nam vicem rei judicatæ obtinet *l. 1. in pr. ff. quar. rer. act. non det.* Imo majorem habet authoritatẽ, quam res judicata *l. 2. ff. de jurejur.* A re enim judicatâ appellari potest; ab eo autem, quod juramento conventionali semel decisum fuit, appellari non potest, *ut seq. thesi videbimus.* Retractari quoq; facilius potest res judicata, quam jusjurandum *l. 31. ff. de jurejur.* (c) Si actor juravit, Reus cogitur solvere, & datur a-

rit. cum §§ seqq ff. de Jurejur. l. sed etsi § si petenti mihi ff. de publ. in rem act. Nempe quãdo extra judicium juravit. *Vult. lib. 1. discept. Schol. c. 7. p. 73. Dn. Prases in comm ad tit. Inst de Action. § item si quis. 11. n. 17. circ. f. & n. 20.* aut etiam in Judicio, nulla autẽ judicis sententia condemnatoria secuta est. *ut Borch. hoc eleganter disputat in d. tr. de Juram c 8. n 30. inf. & nn. seqq.* At vero si Reus qui detulit, à Judice condemnetur, datur Actori actio judicati utilis. *l. Actori. 8. C. de reb. cred. d. §. item si quis postulante. 11. & ibi Heig. & Dn. Prases nu. 24 circ f. Inst. de Act.* Dicitur *in d. § 11.* actionem accommodari. Accõmodari autem nullas præter utiles, pro certo constat. *l. quia actionum. in f. ff. de Praescript. verb. l. uxor marito in fin. ff de Donat. inter vir. & ux.* Nam illud dicitur accõmodari, quod à re, in quam propriè convenit, in eam rem, in quam propriè non convenit, transfertur, *Borch. d. tr. de Iuram. c. 8. n 43. in pr.* Hæc utilis actio, dicitur etiam actio in factum. *l actori. C. de reb. cred. l sed etsi possessori. §. 1. ff. de Jurejur.* quia utilis actio in factũ actio est, quod apparet ex eo, quod eadem actio quæ modò utilis dicitur *in § fin. vers. 3. Inst. de L. Aquil.* modò etiam in factũ appellatur *l. item. 9. § 2. l. quemadmodum. § pen. ff. de Iurejur.* Quãdo tamen in factũ actio vocatur, probè distinguenda est ab actione in factũ Prætoria, quæ diversa est, *ut patet ex d. § fin. Inst. de L. Aquil. in fin.* Propterea autem in condemnatum datur actio judicati utilis, quia directa non datur, cũ descendat ex sententiã, quæ in invitos datur. *l. 1. ff. de Re judic.* Hic autem non in invitũ, sed ad Rei placitum Judex sententiam dixit. *l. cum proponas. C. de Reb. cred. l. generaliter. 12. § sive autem. Eod.* Cum enim Actori jusjurandum detulit in judicio, voluit ac petiit à Judice, ut se cõdemnaret, si actor juraſſet *d. l. cũ proponas. C. de reb. cred. Borch. d. tr. c. 8. n. 41. inf.* Utilitas itaq; exigit, ut actio utilis hoc casu detur, cum directa cõpetere non possit *l. si remunerandi. in f. ff. Mãdati l. quia actionum ff. de Praescript. verb. l. longius. § fin. ff. de Judic. l. nam ut ait Padius. ff. de LL.* (d.) Cum ad delationem actoris Reus juravit, ejus rei, de quâ juratum est, neq; in Reum, qui juravit, actionem habet *l. ait Praetor. 3. ff. de Iurejurand. l. nam postea quam. Eodem. Rosbach in pract. civ. d. tit. 66. nu. 22. VVesemb,*

in π.

in π. de jurejur. n. 11. in f. neq; in eos, qui in locum ejus successerunt, etiamsi rem successerint, ut Donatarius, Legatarius &c. *d. l. ait Prætor. §. fin. cum l. seq. ff. de Jurejur. Treutl. in disput. 21. th. 8. lit. E vel 1. & ibi Bacchov. in Not. in f. VVesemb. in π. d. loc.* neq; in fidejussores ejus, neq; in debitorem, si fidejussor de re, & nō de Persona juravit *l. in duobus. §. 1. ff. de jurejur. l. 1. § fidejussor. ff. quar. rer. act. non dat.* Et si actor actione quadā experiatur adversus hos, repelletur Exceptione jurisjurandi, quæ est perpetua. *l. jusjurandum à debitore. 42. ff. de Jurejur.* Et hæc jurisjurandi Exceptio, omni actioni, quā eadem quæstio, super quā juratum est, in judiciū deducitur, opponi potest. *l. in duobus. §. Exceptio. ff. de jurejur.*

THESIS XVII.

Lites itaq; Jurejurando utroq; finitę, ne perjurii (*a*) quidem, aut Instrumentorum (*b*) de novo repertorum prætextu retractari (*c*), neve appellatione (*d*) resuscitari (*e*) possunt.

(*a*) *l. 1. C. de Reb. cred. l. quod si deferente. 21. cum l. seq. ff. de dol. mal. l. admonendi. 31. in f. ff. de Iurejur. Gilken. in d. l. 1. C. de reb. cred. n. 1. Anton. Fab. ad d. l. 21. ff. de dol mal. Donell. in lib. 24 comm. c. 17. & ibi Hillig. in not. lit. K. Treutl. vol. 1. d. disp. 21 th. 8. lit. B. & ibi Bacchov. in not. in pr. & in th. 9. lit. E. VVesemb. in π. de Jurejur. n. 8. in f. Rosbach. in Pract. civ. cap. 66. n. 27. Dn. Præs. in d. §. 11. Inst. de act.* Quod quamvis iniquū videatur: tamen reverâ iniquum non est, cum bono publico receptū sit, ne causa jurejurando decisa, perjurij prætextu retractetur, ut aliquis sit litium finis. *arg. pr. Inst. de Usucap.* Eâdem ratione Judex qui semel, vel pluris vel minoris cōdemnavit, amplius suam sententiā corrigere non potest. *l. judex. 55. ff. de Re judic.* nec tunc quidem cū perperam judicavit. *l. cum quærebatur. 62. ff. de Re judic. l. jus pluribus vers. prætor. ff. de Iust. et.* &

rejur.nu.8.inf. Item in Re judicata *l.4.C.de re judic.l. Imperatores 31.ff.Eod.l.cum de hoc 27.ff.de Except. rei judic. l.si patronus 12. in verb.rebus judicatis standum est.ff.de Bon libert.VVesemb.in π.de Re judic n.8.post pr.* (c) nisi hoc specialiter lege excipiatur *l.1 C.de Reb.cred.* Qualis Exceptio proponitur in l. fin. *C.de Reb.cred.* & *jureiur.Vide Treutl.vol 1.disp.21.th.8.* & *ibi Bacchov.lit. B. in pr. Donell.in §.item si quis.11.Inst.de Act.n.4.Heig.n.28. Dn.Præsid.n.41. in m.* (d) Quæ aliàs est iniquitatis sententiæ querela. *l.præfecti.ff.de Minorib.l.1.in pr.ff de Appellat.l.3.circ.f.ff. Ex quib. caus.major.VVesemb.in π.n.23.6.* & *10.de Appellat.* Et eleganter injustæ sententię, Theriaca appellatur *à Curt.cons.163.n.8.* & *ab aliis Dd. quos recenset Setser.lib.4 de Iuram.c.8.n. 1. in pr.* Fitq; regulariter intra decendium.*Novel.23.in pr.usq, ad §.hac sancimus.VVesemb.in π.ff.de Appellat.n.9.in m.Rosbach.in pract.civil.tit.73.n.24.* Quod currit à tempore latæ sententiæ,si litigationes sunt præsentes. *d. Novell 23. Auth.hodie C.de Appell.* & *Gl.in verb.à die, in Clem.sicut.de Appellat. Fachinaus,lib.1. controv.c.80.* Si vero sunt absentes, currit à tempore scientiæ.*Bart.in d.Auth.hodie.C. de Appellat.text. in l.1.§.fin.ff.quando appell.fit.c.concertationi.de Appellat.in 6.Mynsing. cent. 2.obs.2.Fachin.d.lib.1.contr.c.80.Rosbach d.tit.73. n.24.* Et neq; statuto appellatio neq; consuetudine tolli potest.*c.venientes.extra.de Jurejur. Myns.cent.1.obs.14.Covarr.in pract.quest.c.4.Borch. in tr.de Juram.c.ult.n.6.Setser.d.lib.4.c.8.n.3.ubi multos allegat.* Litigatores tamen appellationi renunciare possunt.*l.fin.§.fin.C. de Temp.appell.l.1.§.si quis ff.à quib.appell.non lic. Rosbach. in Pract.civil.tit.73.n.11.in m.Sets.d.lib.4.c.8.n.4.* (e) *l.generaliter. §.sive autem C.de Reb.cred.Duar.in prior comm de jureiur.cap.27.Coras in l.admonendi 31.p.1.n.45.* & *seqq.Beust.ib.n.124.* & *seqq. Reusn.lib.3.decis. 1.Donell 24.comm.c.17.in pr.Fachineus lib.1.contr. c.23. Anton. Fab. 19.Error.Prag.5.* Nec enim is tantum,qui detulit à jurejurando præstito,& sententiâ judicis secutâ appellare prohibetur. *d. l.generaliter.12.§.3.C.de reb.cred.Hillig in Donell.24.comm d.c.17.lit.X.* verum etiam is,qui relatum Juramentum recusavit,à sententiâ judicis absolutoriâ,quæ alteram partem absolvit, appellare nō potest.*d.l.generaliter.§.sed juramento.C.de reb.cred.* Hinc rectè di-

cimus

cimus cum JCto Paulo in *l.2.ff. de Jurejur.* Jusjurandum majorem authoritatem habere quam rem judicatam.

THESIS XVIII.

Ultimo, non tamen inconvenienti loco, quæstio tractari potest: Anne deferens aut referẽs, utpote victi, Juranti, tanquam Victori, secundum vulgatam Regulam (*a*) in Expensas condemnari debeat? Accurs. (*b*) affirmat, sed Negativa (*c*) nobis placet.

(a) quæ vult, ut Victus Victori in expensas litis condemnetur. *L. eum quem temerè. 79. ff. de Judic. l. properandum. 31. § sive autẽ. C. Eod. Rubr. & l. 4. C. de Fruct. & lit. expens. Donell. 24. comm. c. 25. circ. f. & lib. 27. c. 2. ubi Hill. g. lit. E. Gail. l. b. 1. obs. 1. 2. in pr. Ferrar. in form. libell. act. real. §. ut expensis in pr. Lanfr. in prax. c. 11. de Expens. n. 2. [illegible] pract. civ. c. 78. in pr.* In quibusdam tamen casibus hæc Regula limitatur, v. g. quando mutua fuit colligantium victoria, quæ expensarum compensationi locum facit. *arg. l. fin. §. pen. ff. de eo per quẽ fact. l. si duo. 36. ff. de dol. mal. l. domum. 52. §. fin. ff. de contr. Empt. l. viro. 3. ff. solut. matrim.* Vel si justam litigandi causam victus habuisse visus fuerit, quod ex variis causis potest contingere. tunc enim expensarũ condemnationi locus non est *l. cum [illegible]. 71. §. etiam ubi Bart. & Dd. cõm. ff. de Legat. 2. Canon. in c. fin. extra. de dol. & cont. Menoch. in tr. de arbitr. Judic. qq. cent. 2. cap. [illegible] Petr. Ferr. in pract. form. libell. in act. real. vers. expensis [illegible] causa. Dd. in d. l. properandum, §. sin autem alterutra [illegible] Jas. n. [illegible] C. de judic. Fachin. lib. 1. controv. c. 41. Rosbach in pract. civ. d. tit. 78. n. 14. adde Anton. Fab. in Tract. de Errorib. Prag. Decad. [illegible] err. [illegible]. Seifer. lib. 4. c. ult. n. 3.* (b) *in l. generaliter. §. his de [illegible] vers. an ab altera C. de Reb. cred.* Confirmari suam

victus est, cum fieri potuerit, ut qui juravit, vel pejeraverit, nec eo minus tamen vicerit. *argum.l.1. C. de reb. credit.* Abundè itaque victori sufficere debet, quod probandi necessitate exoneretur. *l.eum qui. 30. ff. de Jurejur.* Notandum tamen est, hanc nostram sententiam tum demum veram esse, quando non aliam vincendi causam habuit qui juravit, quam quod juraverit. Secus enim statuendum est, si sententiam suam aliundè fundatam habuit, & adversarius post varios litium anfractus, ut pœnam temerè litigantium, nempè condemnationem in expensas, evitet, jusjurandum ei detulit, ipseque juravit, ut recte monet Anton.Fab.*in d.tract.de Errorib.Pragm. Decad.19.error.6.in f.Setser. lib.4.de Juram. cap.9. in f.*

FINIS.



